[illegible]

mulier agat: placet maritum
in solidum condempnari debere quia
tantum facere potest, in quantum fa-
cultates eius patiantur: nam
si dotis quantitatem excedant
facultates eius, in solidum c-
ondempnatur; si minus, in quantum
facere potest. § Ex retentionibus autem
dotis repetitio minuitur: nam
ob impensas in res dotales fac-
tas marito retentio concessa est,
quia ipso iure necessariis sumptibus
dos minuitur, sicut ex libris
digestorum ubi licebit cogno-
scere. § Et si quis cum parente
suo patronove agat, item si
socius cum socio iudicio agat
societatis, si plus actor conseque-
tur quam adversarius eius
potest facere. Idem est si quis ex dona-
tione sua convenitur. § Compen-
sationes quoque oppositae plerumque
efficiunt ut minus quis con-
sequatur quam ei debebatur:
namque ex bono et aequo habita ratio-
ne eius quod invicem actorem ex
eadem causa praestare oportet, in
reliquum eum cum quo actum
est condempnari placet, sicut iam
dictum est. § Eorum quoque qui creditori-
bus suis bonis cesserunt, si postea
aliquid adquisierint quod idone-
um emolumentum habeat, ex inte-
gro in id quod facere possunt creditores cum
eo experiuntur: inhumanum enim
erat spoliatum fortunis suis in soli-
dum condempnari.

Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur

Quia tamen superius mentionem
habuimus de actione quae in peculium
filiorum familias servorumque agi-

[illegible]

Exercitum vel exercitorem ab ipso domino qui ea debitum
poster … C. … de actione que se
dum domini … … vel … Exercitori
A quo prepositio redi-
tum et reditum … vel
ff. de … l. … § …
Idem … institoria vel
ff. de instit. l. … nomus
… in …
ff. … de … …
… auctorum …
rei gratia … …
rei gratia. nam si ob
aliam rem … ne-
… vel … pre-
positus ad vehendum
homines … accepto
mutuo … ad
ad … navis
mutuo non tenetur
dominus. vel ff.
de exer. l. i. § …

Quas per hoc quod dicit duas … …
equitatis. … eadem equitatis …
… … ff. ad l. aquil. … …
… …
§ … ad.

opus est ut de hac actione et de ceteris que
eorundem nomine in parentes vel dominos
dari solent diligentius admone-
amus. et quia sive cum servis neg-
otium gestum sive cum his sit qui in
potestate parentis sunt fere eadem iura
servantur ne verbosa fiat disputa-
tio dirigamus sermonem in perso-
nam servi dominique idem intellecturi
de liberis quoque et parentibus quorum in
potestate sunt. nam si quid in his proprie
observatur separatim ostendemus.
Si igitur iussu domini cum servo negotium ge-
stum fuerit in solidum pretor adversus
dominum actionem pollicetur
scilicet quia qui ita contrahit fidem domini se-
qui videtur. Eadem ratione supplevit pre-
tor duas alias in solidum actiones
pollicetur quarum altera exercitoria
appellatur altera institoria. exercitoria
tunc locum habet cum quis servum su-
um magistrum imposuerit navis et quid
cum eo eius rei gratia cui prepositus erat
contractum fuerit. ideo autem exercitoria vocatur
quia exercitor appellatur is ad quem
cotidianus navis questus pertinet. In-
stitoria tunc locum habet cum quis ta-
berne forte vel cuilibet negotiationi
servum preposuerit et quid cum eo eius
rei causa cui prepositus erat contractum
fuerit. ideo autem institoria appellatur quia
qui negotiationibus preponuntur in-
stitores vocantur. Istas tamen duas ac-
tiones pretor reddit et si liberum quis ho-
minem vel alienum servum navi
aut taberne vel cuilibet negotiationi
preposuerit. scilicet quia eadem equitatis ratio
etiam eo casu interveniebat. Intro-
duxit et aliam actionem pretor que tributoria
vocatur. namque si servus in peculi-
ari.

… vel … in …
… vel … pupil-
lus … …

… vel rei … pre-
sint … pueri
sine lucrum. …
magister appellatur …
… navis …
… i. gubernatio mandatur. vel ff.
de … l. i. § magistrum autem ac.
Institoria … vel taberna vel …
… § Institorum … que institoria
… … preponente …
… … c. …

… … …
… … … vel ff. de
tributoria … … …
… … … tribu-
toriam … …
… … …
… et … … officio iudicis … ista. …
… … … … … …
… … vel ff. de tributoria l. … § … dolo
… ff. de v. s. l. … … verbum ampli-
us … Jo.

[illegible]

litate persone sue dare compellitur. Sin autem per procuratorem lis infertur vel suscipitur in actoris quidem persona si non actis mandatum insinuatum est vel presens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmaverit ratam rem dominum habiturum satisdationem procurator dare compellitur. Eodem observando et si tutor vel curator vel alie tales persone que alienarum rerum gubernationem receperunt litem quibusdam per alium inferunt. Sin vero aliquis convenitur siquidem presens procuratorem dare paratus est potest vel ipse in iudicium venire et sui procuratoris personam per iudicatum solvi satisdationis sollempnes stipulationes firmare vel extra iudicium satisdationem exponere per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus iudicatum solvi satisdationis clausulis. Ubi et de ypotheca suarum rerum convenire compellitur sive in iudicio promiserit sive extra iudicium caverit ut tam ipse quam heredes eius obligentur. Alia insuper cautela vel satisdatione propter personam ipsius exponenda quod tempore sententie recitande in iudicio invenietur vel si non venerit omnia dabit fideiussor que condempnatione continentur nisi fuerit provocatum. Si vero reus presto ex quacumque causa non fuerit et alius velit defensionem subire nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda potest hoc facere ita tamen ut satisdationem iudicatum solvi pro litis prestaret estimatione. Nemo enim secundum veterem regulam ut iam dictum est aliene rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur. Que omnia apertius et perfectissime a cottidiano iudiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent. Quam formam non solum in hac regia urbe sed etiam in omnibus nostris provinciis etsi propter imperitiam aliter forte celebrabantur optinere censemus cum necesse est omnes provincias caput omnium nostrarum civitatum id est hanc regiam urbem eiusque observantiam sequi.

De perpetuis et temporalibus actionibus et que ad heredes et in heredes transeunt

Hoc loco admonendi sumus eas quidem actiones que ex lege senatusve consulto sive ex sacris constitutionibus proficiscuntur perpetuo solere antiquitus competere donec sacre constitutiones tam in rem quam personalibus actionibus certos fines dederunt. Eas vero que ex propria pretoris iurisdictione pendent plerumque intra annum vivere. Nam et ipsius pretoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen et in perpetuum extenduntur id est usque ad finem constitutionibus introductum. Quales sunt hee quas bonorum possessori ceterisque qui heredis loco sunt pretor accommodat. Furti quoque manifesti actio quamvis ex ipsius pretoris iurisdictione proficiscatur tamen perpetuo datur. Absurdum enim esse existimavit anno eam terminari.

Non omnes autem actiones que in aliquem aut ipso iure competunt aut a pretore dantur et in heredem eque competunt aut dari solent. Est enim certissima iuris regula ex maleficiis penales actiones in heredem rei non competere velut furti

[illegible]

Lib. IIII Justiniani Institutiones

[Gloss, upper margin:]

...io apparuit .i. hereditas eorum qui passi sunt malefactum. actionem ... an ... ut ff. de iniuriis l. iniuriarum in principio et l. iniuriarum ... commodo agere nec eo agere ut ff. de coll. ... l. cum emancipatus ... quibus in factum aliquid ... minime ... ut actio in factum ... ut ... in ... ut C. de pe... n. § ... aliquem in ...

Dicitur ut C. de heredibus ob. ... ut C. de ... pec. l. ... per exceptionem ... quod petitum de non petendo ... ob. ipso iure ut ff. de solut. ... aut pamphilum § naturalis ... ex ... autem ut ... § ... obligatio naturalis ... non ... nam et aliquis naturaliter obligatur ... ut non ... furtum ut C. de ob. que ex delic. nas. § i. ... commodi ... naturaliter ... ut ff. de cond. indebiti aut pamphilum § naturales ... ut ... maleficium ... si quis ... non agit. ...

in bonorum raptorum iniuriarum dampni iniurie. Sed heredibus hi actiones competunt nec denegantur excepta iniuriarum actione vel si qua alia similis inveniatur. aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit cum testator dolose versatus sit in deposito vel commodato et ad heredem eius nil ex eo dolo pervenit. Penales autem actiones quas supra diximus si ab ipsis principalibus personis fuerint contestate et heredibus dantur et contra heredes transeunt. Superest ut admoneamus quod si ante rem iudicatam is cum quo actum est satisfaciat actori officio iudicis convenit eum absolvere licet iudicii accipiendi tempore in ea causa fuisset ut dampnari debeat. et hoc est quod ante vulgo dicebatur omnia iudicia absolutoria esse.

De exceptionibus.

Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. Comparate sunt autem exceptiones defendendorum eorum gratia cum quibus agitur. Sepe enim accidit ut licet ipsa persecutio qua actor experitur iusta sit tamen iniqua sit adversus eum cum quo agitur. Verbi gratia si metu coactus aut dolo inductus aut errore lapsus stipulanti promisisti quod non debueras palam est iure civili te obligatum esse et actio qua intenditur dare te oportere efficax est. Sed iniquum est te condempnari. Ideo datur tibi exceptio quod metus causa aut doli mali aut in factum composita ad impugnandam actionem. Idem iuris est si quis quasi credendi causa pecuniam stipulatus fuerit neque numeravit. Nam eam pecuniam a te peti posse certum est. dare enim te oportet cum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est eo nomine te condempnari placet per exceptionem pecunie non numerate te defendi debere cuius tempora nos secundum quod iam superioribus libris scriptum est constitutione nostra coartavimus. Preterea si debitor pactus fuerit cum creditore ne a se peteretur nichilominus obligatus manet quia pacto convento obligationes non omnino modo dissolvuntur. qua de causa efficax est adversus eum actio qua actor intendit si apparet eum dare oportere. Sed quia iniquum est contra pactionem eum dampnari defenditur per exceptionem pacti conventi. Eque si debitor deferente creditore iuraverit nichil se dare oportere adhuc obligatus permanet. Sed quia iniquum est de periurio queri defenditur per exceptionem iurisiurandi. In his quoque actionibus quibus in rem agitur eque necessarie sunt exceptiones. veluti si petitore deferente possessor iuraverit eam rem suam esse et nichilominus eandem rem petitor vendicet. licet enim verum sit quod intendit id est rem eius esse iniquum est tamen possessorem condempnari. Item si iudicio tecum actum fuerit sive in rem sive in personam nichilominus obligatio durat et ideo ipso iure postea de eadem re adversus te agi potest. Sed debes per exceptionem rei iudicate adiuvari.

[Gloss, left margin:]

... in populo ... petitum vel ... de re vel ... de ac. in ... l. § Item ... ob. tur. ... actio ... morte ... dolo ... in ... de dolo ... matrem agere ... solus ut ff. de ac. ... ponere ... in ... aliquid ... ut ff. de in ... in deposito ... vel nau. ... de ... ab ... in ... et ... l. § ... exceptione in ... vel de ... l. ... in ... eam ... de dolo ... in duobus casibus ... § de ... l. ... vel ...

[Gloss, right margin:]

... de ... l. ... de pignore ... de a... § ... ut ff. de ... ut ... l. ... ut ... de pa. l. ... ut ... ff. de ... exceptionem ... quo ... exceptio ... ut ff. de iur. ... absolutus ... obligatus ... ut ff. de ... l. ... naturalis obligatio ... ut ff. de ... ut ff. de ... natural ... ut ff. de ... l. ... vel ... omnino nulla ...

[Gloss, lower left:]

... sunt ingenuus ut ff. de statu ... l. i. § ... actionem ... de ... in modicum ... debitor ... naturalis ... obligationis ... in principio ... ut ff. de except. l. i. ... de actione ... ut ff. de iur. iur. l. ... inductus ... in principio ... de dolo l. et eleganter in principio lapsus ... ut ff. de ... obligatum ... obligatur § obligatum ... efficax est ... actionis vel dic efficax est ... nam prima ...

[Gloss, lower right:]

ut C. de rebus cred. l. ... non tollit ubi est ... de iure civili est ... obligationem tollit ... obligationem ... de iure civili ... ut ff. de ... ut ... naturalis obligationem ut ... de dolo ... § ...

Vel ac condempnandus videtur ... qualitate ... dolo ... causa impediatur est ... exceptione in ... communiter ... ut ff. de except. ... l. ii. § ... exceptionem ... ut ff. de except. ... l. ... § ... actionem ...

UNIV. HESS. BIBL. Mscr.

UNIV. HESS. BIBL. Mscr.

183